MISSALE

ROMANUM

MISSALE

ROMANUM.



MISSALE
ROMANUM,

EX DECRETO SACROSANCTI CONCILII TRIDENTINI RESTITUTUM,

S. PII QUINTI

JUSSU EDITUM,

CLEMENTIS VIII ET URBANI VIII PAPÆ

AUCTORITATE RECOGNITUM,

ET NOVIS MISSIS EX INDULTO APOSTOLICO HUCUSQUÈ CONCESSIS AUCTUM.



BRIOCI,
APUD L. PRUD'HOMME, BIBLIOTYPOGRAPHUM DD. EPISCOPI BRIOCENSIS.
M. DCCC. LI.

✠

APPROBATIO ORDINARII.

JACOBUS-JOANNES-PETRUS LE MÉE, *Miseratione divinâ et Sanctæ Sedis Apostolicæ gratiâ, Episcopus Briocensis, Universis has inspecturis Benedictionem in Domino.*

CUM Nobis esset in votis ad sacram Romanæ Ecclesiæ liturgiam Diœcesim Briocensem nostræ humilitati divinâ commissam Providentiâ reducere, authenticum Missalis Romani exemplar typis Vaticanis excusum à S. Sede Apostolicâ postulavimus ac recepimus cum attestatione et approbatione S. R. Congregationis, sub datâ 8 Julii 1847.

Hinc est quòd Nos, ad Summorum Pontificum PII V, CLEMENTIS VIII et URBANI VIII præscriptas conditiones fideliter et reverenter servandas, præsentis Missalis Romani Editionem, dilecti Ludovici PRUD'HOMME, Biblio-Typographi nostri operâ et typis absolutam, et diligenti curâ cum Exemplari Romano suprà enuntiato collatam et planè concordantem approbavimus, evulgandique licentiam dedimus, proùt per præsentes approbamus ac licentiam damus.

Datum Brioci, sub signo sigilloque nostris ac Secretarii Episcopatûs nostri subscriptione, anno Domini 1851, die verò mensis Januarii decimâ quartâ.

† J.-J^es-PETRUS, *Episcopus Briocensis.*

De Mandato RR. DD. Episcopi Briocensis :

P. LIMON, *Can. Secr.*

OFFICIA PROPRIA
SANCTORUM
CIVITATIS AC INTEGRÆ BRIOCENSIS DIOECESIS.

DIE XXIX JUNII.

PRO COMMEMORATIONE

OMNIUM SANCTORUM APOSTOLORUM.

Oratio.

Deus, qui nos per beátos Apóstolos tuos ad agnitiónem tui nóminis veníre tribuísti : da nobis eórum glóriam sempitérnam et proficiéndo celebráre, et celebrándo proficere. Per Dóminum.

Secreta.

Gloriam, Dómine, sanctórum Apostolórum tuórum perpétuam venerántes, quæsumus : ut eam, sacris mystériis expiáti, dígnius celebrémus. Per Dóminum.

Postcommunio.

Perceptis, Dómine, sacraméntis, supplíciter exorámus : ut intercedéntibus beátis Apóstolis tuis, quæ pro illórum veneránda gérimus passióne, nobis proficiant ad medélam. Per.

DIE XXVI DECEMBRIS.

PRO COMMEMORATIONE

OMNIUM SANCTORUM MARTYRUM.

Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum commemoratióne lætíficas : concéde propítius ; ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémplis. Per Dóminum.

Secreta.

Oblatis, quæsumus, Dómine, placáre munéribus : et intercedéntibus sanctis Martyribus tuis, à cunctis nos defénde periculis. Per Dóminum.

Postcommunio.

Hæc nos commúnio, Dómine, purget à crímine : et intercedéntibus sanctis Martyribus tuis, cœléstis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum.

FESTA DECEMBRIS.

DIE I.

IN FESTO S. TUGDUALDI,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Statuit, *fol.* 18*, *præter sequent.*

Oratio.

FAMULOS tuos, quæsumus, Dómine, intercedénte beáto Tugduáldo Confessóre tuo atque Pontífice, tibi fácias toto corde subjéctos: ut tuæ charitátis spíritu repléti, a terrénis mundéntur cupiditátibus, et ad cœléstis beatitúdinis glóriam, te donánte, pervéniant. Per Dóminum.

Evangelium: Ecce nos relíquimus, *fol.* 23*

DIE XII.

IN FESTO S. CORENTINI

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Sacerdótes, *fol.* 19*, *præter sequent.*

Oratio.

DEUS, qui pópulis tuis indulgéntia cónsulis et amóre domináris, quique illis regéndis vicários charitátis tuæ præficis ministros: concéde propítius; ut, intercedénte beáto Corentíno Confessóre tuo atque Pontífice, qui præsunt Ecclésiæ tuæ, spíritu sapiéntiæ et grátiæ magis semper abúndent. Per Dóminum.

Evangelium: Nemo lucérnam accendit, *in festo S. Martini, xj Novembris*, fol. 69o.

FESTA JANUARII.

DOMINICA II POST EPIPHANIAM.

In festo SS. Nominis Jesu. — Missa ut in Missali Romano.

DIE XXIII JANUARII.

In festo Desponsationis B. M. V. — Missa ad calcem Missalis Romani.

FERIA III

POST SEPTUAGESIMAM.

Missa Orationis D. N. J. C., ad calcem Missalis Romani.

FERIA III

POST SEXAGESIMAM.

Missa Commemorationis Passionis D. N. J. C., ad calcem Missalis Romani.

FESTA FEBRUARII.

DIE III.

IN FESTO S. GENOVEFÆ,

VIRGINIS.

Missa Dilexísti, *de Communi*, fol. 31*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

EFFUNDE super nos, Dómine, spíritum agnitiónis et dilectiónis tuæ, quo ancíllam tuam Genovéfam replevísti: ut sédula ejus imitatióne tibi sincére obsequéntes, fide et ópere placeámus. Per Dóminum.

DIE VI.

IN FESTO BEATÆ JOANNÆ VALESIÆ,

VIDUÆ.

Missa Cognóvi, *de Communi*, fol. 37*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

DEUS, qui ad imitándum beátæ Vírginis Fílii tui Genitrícis vir-

tútes, novum per beátam Joánnam sacrárum Vírginum cœtum institui voluísti : ejus méritis precibúsque concéde ; ut per éadem gradiámur virtútum exémpla. Per eúmdem Dóminum.

DIE IX.

IN FESTO SANCTI TITI,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Sacerdótes, *de Communi*, fol. 19*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Deus, qui per apostólicos beáti Titi labóres Ecclésiam tuam propagári voluísti : quæsumus ; ut contínuo ejus præsídio munita, spirituálibus semper proficiat increméntis. Per Dóminum.

FERIA VI POST CINERES.

Missa sacræ Spineæ Coronæ D. N. J. C., ad calcem Missalis Romani.

FERIA VI

POST DOMINICAM I. QUADRAGESIMÆ.

Missa Lanceæ et Clavorum D. N. J. C., ad calcem Missalis Romani.

FERIA VI

POST DOMINICAM II. QUADRAGESIMÆ.

Missa sacratissimæ Sindonis D. N. J. C., ad calcem Missalis Romani.

FESTA MARTII.

DIE XIII.

IN FESTO SANCTI PAULI,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Státuit, *de Communi*, fol. 18*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Deus, qui hac die sancti Pauli Confessóris tui atque Pontíficis nobis mérita recólere tribuísti : da, quæsumus ; ut eo intercedénte à peccatórum néxibus, te miseránte, mereámur absólvi. Per Dóminum.

DIE XVIII.

Missa Benedícite, *sancti Gabrielis, Archangeli, ad calcem Missalis Romani*, fol. 146*.

FERIA VI

POST DOMINICAM III. QUADRAGESIMÆ.

Missa sacrorum quinque Vulnerum D. N. J. C., ad calcem Missalis Romani.

FERIA VI

POST DOMINICAM IV. QUADRAGESIMÆ.

Missa pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C., ad calcem Missalis Romani.

FESTA APRILIS.

DIE XV.

IN FESTO

CANONIZAT. S. GUILIELMI,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Introitus. [Col. 1. Ps. 98.]

Factus sum Ecclésiæ minister secúndum dispensatiónem Dei, quæ data est mihi in vos, ut ímpleam verbum Dei. (*T. P.* Allel. allel.) *Ps.* Dóminus regnávit, irascántur pópuli : qui sedet super Chérubim, moveátur terra. ℣. Glória Patri.

Oratio.

Deus omnis sanctitátis auctor et præmium, qui nos de beáti Guiliélmi glorificatióne in hac tribuis celebritáte lætári: concéde propítius; ut, dum te in sancto Pontífice mirábilem prædicámus, sanctificatiónem quoque nostram in timóre tuo perfícere valeámus. Per Dóminum.

Léctio libri Ecclésiastici. [Eccli. 50.]

Sacerdos magnus, qui in vita sua sŭffúlsit domum, et in diébus suis corroborâvit templum. Templi étiam altitúdo ab ipso fundáta est, duplex ædificátio, et excélsi pariétes templi. In diébus ipsíus emanavérunt pútei aquárum, et quasi mare adimpléti sunt sûpra modum. Qui curávit gentem suam, et liberávit eam à perdîtióne. Qui præváluit amplificáre civitátem, qui adéptus est glóriam in conversatĭóne gentis: et ingréssum domus et átria amplificávit. Quasi stella matutína in médio nébulæ, et quasi luna plena in diébus suis lucet, et quasi sol refúlgens, sic ille effúlsit in têmplo Dei. Quasi arcus refúlgens inter nébulas glóriæ, et quasi flos rosárum in dĭébus vernis; et quasi lília, quæ sunt in tránsitu aquæ, et quasi thus rédolens in diêbus æstátis. Quasi ignis effúlgens, et thus ardĕns in igne: quasi vas auri sólidum ornátum omni lápide prêtióso. Quasi olíva púllulans, et cypréssus in altitúdinem sĕ extóllens; in accipiéndo ipsum stolam glóriæ, et vestíri eum in consummatĭônem virtútis.

In Quadragesima.

Graduale. In bonitáte, et alacritáte ánimæ suæ plácuit Deo: ídeo státuit illi testaméntum pacis, príncipem sanctórum, et gentis suæ. ℣. Factum est illi testaméntum ætérnum, fungi sacerdótio, et habére laudem, et glorificáre pópulum suum in nómine ejus. [Eccli. 45.]

Tractus. Elégit Dóminus montem Sion, quem diléxit, et ædificávit sanctifícium suum in terra, quam fundávit in sæcula. Et elégit servum suum páscere Israel hæreditátem suam. Et pavit eos in innocéntia cordis, et in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos. [Ps. 77.]

Tempore Paschali:

Allelúia, allelúia.

℣. Scitis quáliter vobíscum per omne tempus fúerim, testíficans in Deum pœniténtiam, et fidem in Jesum Christum. Allelúia, allelúia. ℣. Quum apparuérit princeps pastórum, percipiétis immarcessíbilem glóriæ corónam. Allelúia. [Act. 20. I. Petr. 5.]

℣. Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum. [Matth. 25]

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc : Homo péregre proficíscens, vocávit servos suos, et trádidit illis bona sua : et uni quidem dedit quinque talénta, álii autem duo, álii vero unum, unicuíque secúndum própriam virtútem, et profectus est statim. Abiit autem qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quinque. Similiter et qui duo accéperat, lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens, fodit in terram, et abscóndit pecúniam dómini sui. Post multum vero témporis venit dóminus servórum illórum, et pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talénta, dicens : Dómine, quinque talénta tradidísti mihi : ecce ália quinque superlucrátus sum. Ait illi dóminus ejus : Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam, intra in gáudium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait : Dómine, duo talénta tradidísti mihi : ecce ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus ejus : Euge, serve bone et fidélis, intra in gáudium dómini tui.

Credo.

Offertorium. Non quæro quæ vestra sunt, sed vos : ego autem libentíssime impéndam, et superimpéndar ipse pro animábus vestris. [II. Cor. 12.]

Secreta.

Hostias pópuli tui, Dómine, propítius intuére ; ut quod nostra fidúcia non merétur, per eum quem nobis constituísti Præsulem, incessabíliter largiáris. Per Dóminum.

Communio. Nocte et die non cessávi cum lácrymis monens unumquémque vestrum, et nunc comméndo vos Deo, et verbo grátiæ ipsius. [Act. 20]

Postcommunio.

Sanctifica nos, Dómine, quæsumus, salutári mystério ; et pro nobis beáti Guiliélmi non desit orátio, cujus nos donásti patrocínio gubernári. Per Dóminum.

DIE XVI.

IN FESTO S. PATERNI,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Státuit, *de Communi*, fol. 18*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Deus, qui beátum Patérnum Pontíficem, patrem et prudéntem dispensatórem super familiam tuam constituísti : tribue nobis ex ejus imitatióne talénta nobis crédita fidéliter multiplicáre ; ut in promíssum gáudium

Dómini nostri feliciter introíre mereámur. Per Dóminum.

(Dominica II. post Pascha.)

IN FESTO S. BRIOCI,

EPISCOPI,

PRIMI BRIOCENSIS DIŒCESIS PATRONI.

Introitus. [Ezech. 34. Ps. 125.]

SUSCITABO super oves meas pastórem qui pascat eas, allelúia; et scient quia ego Dóminus, allelúia: quum contrívero caténas jugi eórum, allelúia, allelúia. *Ps.* In converténdo Dóminus captivitátem Sion : facti sumus sicut consoláti. ℣. Glória Patri.

Oratio.

DEUS, qui gentis nostræ primítias, beáti Brióci Pontíficis tui prædicatióne et miráculis, díscere disposuísti legem vitæ et disciplínæ : præsta, quæsumus; ut tanti benefícii memóriam recoléntes, et quam ténuit sectémur fidem, et quæ virtútum dedit imitémur exémpla. Per.

Léctio Epístolæ beátĭ Pauli Apóstoli âd Corínthios. [I. Cor. 3.]

FRATRES : Quid ëst Apóllo? quid vĕro Paulus? Minístri ejus, cui credidístis, et unicuíque sicut Dòminus dedit. Ego plantávi, et Apóllŏ rigávit; sed Deus incremêntum dedit. Itaque neque qui plantat est áliquid, nequĕ qui rigat : sed qui increméntûm dat, Deus. Qui autem plantat, et qui rîgat, unum sunt. Unusquísque autem própriam mercédem accípiet secúndum sûum labórem. Dei enim sumŭs adjutóres : Dei agricultúra estis; Dei ædificâtio estis. Secúndum grátiam Dei, quæ data est mihi, ut sápiens architéctus fundaméntŭm pósui : álius autem superædíficat. Unusquísque autem vídeat quómodo superædíficet. Fundaméntum enim áliud nemo potest pónere, præter id quod pŏsĭtum est, quod est Christus Jesus.

Allelúia, allelúia. ℣. Dóminus dixit : In gentes ego mitto te, aperíre óculos eórum, ut convertántur à ténebris ad lucem, et de potestáte Sátanæ ad Deum. [Act. 26.]

Allelúia. ℣. Audíte fílii mei patrem vestrum : servíte Dómino in veritáte, et inquírite ut faciátis quæ plácita sunt illi. [Tob. 14.]

✝ Sequéntia sanctĭ Evangélii secúndùm Matthæum. [Matth. 10.]

IN illo témpore : Dicébat Jesus discípulis sŭis : Eúntes prædicátĕ, dicéntes : quia appropinquávit regnum cœlŏrum. Infírmos curáte : mórtuos suscitáte, leprósos mundáte, dæmonĕs ejícite : gratis accepístis, gratis dăte. Nolíte possidére aurum, neque argéntum, neque pecúniam in zonis vestris; non peram in via, neque duas túnicas, neque cal-

ceaméntă, neque virgam : dignus enim est operárius cibo sŭo. In quamcúmque autem civitátem, aut castéllum intravéritis, interrogáte quis in eă dignus sit : et ibi manéte donec exeătis. Intrántes autem in domum, salutáte eăm, dicéntes : Pax huic dŏmui. Et si quidem fúerit domus illa digna, véniet pax vestră super eam : si autem non fúerit digna, pax vestra revertétur ad vŏs. Et quicúmque non recéperit vos, neque audíerit sermónes vestros, exeúntes foras de domo, vel de civitáte, excútite púlverem de pédibus vĕstris. Amĕn dico vobis : Tolerabílius erit terræ Sodomórum et Gomorrhæórum in die jŭdĭcii, quam illi civitáti.

Credo, quod dicitur etiam per Octav.

Offertorium. Grátia data est mihi à Deo : ut sim minister Christi Jesu in géntibus ; sanctíficans evangélium Dei ; ut fiat oblátio géntium accépta, et sanctificáta in Spíritu Sancto. Alleluia. [Rom. 15.]

Secreta.

Plebs tua, Dómine, per hæc treménda sacrifícia, dignas tibi réferat pro inenarrábili dono tuo gratiárum actiónes : et intercedénte beáto Brióco Pontífice obtíneat; ut, sacris inténta doctrínis, quæcúmque justa et sancta sunt toto corde sectétur. Per.

Communio. Orámus semper pro vobis, ut dignétur vos vocatióne sua Deus noster, ut clarificétur nomen Dómini Jesu Christi in vobis, et vos in illo. Allelúia. [II. Thes. 1.]

Postcommunio.

Salutari mystério, quæsumus Dómine, consérva in fidéli pópulo misericórdiam tuam ; ut quos per beátum Briócum ab erróris liberásti calígine, veritátis tuæ documéntis fírmius inhærére concédas. Per Dóminum.

DOMINICA IV POST PASCHA.

Festum Patrocinii S. Joseph, Sponsi B. M. V. Missa ad calcem Missalis Romani, cum commemoratione Dominicæ.

FESTA MAII.

DIE XIX.

IN FESTO S. YVONIS,

CONFESSORIS.

Missa Justus ut palma, *de Communi*, fol. 25*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Deus, qui ad animárum salútem, et páuperum defensiónem, beátum Yvónem Confessórem tuum insígnem ministrum elegísti : quæsumus ; ut ejúsdem nos tríbuas et charitátem imitári, et apud te patrocíniis communíri. Per Dóminum.

DIE XXIV.

In festo B. M. V. titulo Auxilium Christianorum. Missa ad calcem Missalis Romani.

FERIA VI

POST OCTAVAM SS. CORPORIS CHRISTI.

Festum SS. Cordis Jesu. Missa Miserébitur, *ad calcem Missalis Romani*, fol., 169*.

FESTA JUNII.

DIE XVI.

S. JOANNIS FRANC. REGIS,

CONFESSORIS.

Missa Os justi, *fol.* 38*, *cum Orationibus sequentibus.*

Oratio.

Deus, qui ad plúrimos pro salúte animárum perferéndos labóres beátum Joánnem Franciscum, Confessórem tuum, mirábili charitáte et invicta patiéntia decorásti: concéde propítius; ut ejus exémplis instructi, et intercessiónibus adjúti, ætérnæ vitæ præmia consequámur. Per.

Secreta.

Charitatis victima, quam immolántes offérimus, sit nobis, Dómine, te miseránte propitiábilis: et beáti Joánnis Francísci précibus et méritis ad obtinéndum patiéntiæ et charitátis augméntum éfficax et salutáris. Per.

Postcommunio.

Crescat in nobis, Dómine, pietátis tuæ effectus salutáris: ut cœléstí pábulo refécti, ad ætérnæ salútis portum, te misericórditer protegénte, et beáto Joánne Francísco intercedénte, feliciter perveníre valeámus. Per.

FESTA JULII.

DIE XXIV.

IN FESTO S. MAGLORII,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Statuit, *de Communi, fol.* 18*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Misericordiam tuam nobis, quæsumus, Dómine, sancti Maglórii Pontificis intercéssio beáta conciliet, ut qui incessábili culpa offéndimus, ejúsdem assíduis précibus ab omni reátu liberémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia, etc.

DIE XXVIII.

IN FESTO S. SAMSONIS,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Statuit, *de Communi, fol.* 18*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Dirige oves tuas, Dómine, in viam salútis ætérnæ, quam beáti Pontificis Samsónis vita cum doctrina monstrávit: et fac nos, eódem intercedénte, sic ejus súbsequi vestígia, ut cum ipso coronári mereámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, etc.

(*Dominica proximiori diei xxix Julii.*)

IN FESTO S. GUILIELMI,

EPISCOPI ET CONFESSORIS,

PATRONI DIŒCESIS BRIOC. MINUS PRINCIPALIS.

Introitus. [Ps. 77.]

Elegit Dóminus servum suum páscere hæreditátem suam, et pavit eos in innocéntia cordis sui, et in intelléctibus mánuum suárum dedúxit eos. *Ps.* Atténdite, pópule meus, legem meam: inclináte aurem vestram in verba oris mei. ℣. Glória Patri.

Oratio.

Deus, qui beátum Guiliélmum Pontíficem angélica puritáte, misericórdia in páuperes, et in tuéndis Ecclésiæ júribus constántia mirábilem effecísti: ejus nobis intercessióne concéde; ut strénue pro justítia decertántes, ac indigéntibus ultro subveniéntes, ita carnis vitémus contágia, ut ad Agni núptias admítti mereámur. Per Dóminum.

Léctiô libri Job. [Job. 29.]

Auris aúdiens beatificábat me, et óculus videns testimónium reddébat mihi, eo quod liberássem páuperem vociferántem, pupíllum cui non êsset adjútor. Benedíctio peritúri super me veniébat, et cor víduæ consôlátus sum. Justítia indútus sum, et vestívi me sicut vestiménto, et diadémate judício meo. Oculus fui cæco, êt pes claudo. Pater erăm paúperum; et causam quam nesciébam, diligentíssime invêstigábam. Conterébam molas iníqui, et de déntibus illíus auferébam prædam; dícebámque: In nídulo meo móriar, et sicut palma multiplicâbo dies. Radix mea apérta est secus aquas, et ros morábitur in messiône mea. Glória meă sĕmper innovábitur.

Graduale. In bonitáte, et alacritáte ánimæ suæ, plácuit Deo: ídeo státuit illi testaméntum pacis, príncipem sanctórum et gentis suæ. ℣. Stabilíta sunt bona illíus in Dómino, et eleemósynas illíus enarrábit omnis Ecclésia sanctórum. [Eccli. 45. 31.]

Allelúia, allelúia. ℣. Ego libentíssime impéndam, et superimpendar ipse pro animábus vestris. Allelúia. [II. Cor. 12.]

✝ Sequéntia sancti Evangélii secúndùm Joănnem. [Joan. 15.]

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis sŭis: Si mundus vos odit, scitóte quia me priórem vobis ódio hăbuit. Si de mundo fuissétis, mundus quod suum erăt dilígeret; quia vero de mundo non estis, sed ego elégi vos de mundo, proptérea odit vos mŭndus. Mementóte sermónis mei, quem egŏ dixi vobis: Non est servus major dómino suo: si me

persecúti sunt, et vos persequéntur : si sermónem meum servavérunt, et vestrum servăbunt. Sed hæc ómnia fácient vobis proptĕr nomen meum ; quia nésciunt eum qui misit mĕ. Si non venissem, et locútus fuíssem eis, peccátum nŏn habérent : nunc autem excusatiónem non habent de peccáto sŭo. Qui me odit, et patrem meum ŏdit. Si ópera non fecíssem in eis, quæ nemo álius fecit, peccátum nŏn habérent : nunc autem et vidérunt, et odérunt me, et Patrem mĕum. Sed ut adimpleátur sermo, qui in lege eórŭm scriptus est : Quiă ŏdio habuérunt me gratis.

Credo, *et dicitur etiam per Octavam.*

Offertorium. In lege Dómini congregatiónem judicávit : cógnitus est fidélis ; et invocávit Dóminum omnipoténtem, in oppugnándo hostes circumstántes úndique, in oblatióne Agni invioláti. [Eccli. 49.]

Secreta.

Sancti Pontíficis tui Guiliélmi solémnia votívis celebrántes munéribus, te, Dómine, supplíciter obsecrámus ; ut ipsum apud tuam cleméntiam experiámur patrónum, quem nobis providísti salútis ætérnæ minístrum. Per Dóminum.

Communio. Convertére, ánima mea, in réquiem tuam, quia Dóminus benefécit tibi : quia erípuit ánimam meam de morte, óculos meos à lácrymis, pedes meos à lapsu. [Ps. 114.]

Postcommunio.

Populum tuum, Dómine, divíni participatióne sacraménti refectum, ádjuvet beáti Guiliélmi Pontíficis intercéssio; ut castitátem et justítiam inviolábili fide sectétur, ac beneficéntiæ stúdio misericórdiam promereátur ætérnam. Per Dóminum nostrum.

FESTA AUGUSTI.

DIE III.

Si sit Dominica, secus Dominica immediate sequenti.

IN FESTO INVENTIONIS CORPORIS S. STEPHANI, PROTOMARTYRIS,

TITULARIS ECCLESIÆ CATHEDRALIS BRIOCENSIS.

Introitus. [Eccli. 48. Ps. 29.]

Amplificatus est in mirabílibus suis, et mórtuum prophetávit corpus ejus ; in vita sua fecit monstra, et in morte mirabília operátus est. *Ps.* Exaltábo te, Dómine, quóniàm suscepísti me : nec delectásti inimícos meos super me. ℣. Glória Patri.

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui beáti Stéphani Mártyris tui sacrum corpus reveláre dignátus es : concéde, quæsumus ; ut

ejus intercessióne ab instántibus malis liberáti, ætérnis consolatiónibus repleámur. Per.

Léctio Actuum Apôstolórum.

[Act. 7.]

In diébus illis : Quum esset Stéphanus plenus Spíritu Sancto, inténdens in cœlum, vidit glóriam Dei, et Jesum stantem à dextris Deĭ, et ait : Eccè vídeo cœlos apértos, et Fílium hóminis stantem à dêxtris Dei. Exclamántes autem voce magna, continuérunt aures suas, et ímpetum fecérunt unanîmiter in eum. Et ejiciéntes eum extra civitátem lâpidábant. Et testes deposuérunt vestiménta sua secus pedes adolescéntis qui vocabâtur Saulus. Et lapidabant Stéphanum invocántem, ĕt dicéntem : Dómine Jesu, súscipe spîritum meum. Pósitis autem génibus, clamávit vocĕ magna, dicens : Dómine, ne státuas illis hôc peccátum. Et quum hoc dixísset, obdormîvit in Dómino. Saulus autem erat conséntiens nêci ejus. Facta est autem in illa die persecútio magna in Ecclésia quæ erat Jĕrosólymis : et omnes dispérsi sunt per regiónes Judææ et Samaríæ, prâter Apóstolos. Curaverunt autem Stéphanum viri timoráti, et fecérunt planctŭm mâgnum super eum.

Graduale. In sæculum misericórdia ejus in benedictióne, et nominátus est usque ad novíssimum terræ. ℣. Justítia ejus manet in sæculum sæculi : cornu ejus exaltábitur in glória. [Ps. 111.]

Allelúĭa, allelúia. ℣. Ossa ipsíus visitáta sunt, et post mortem prophetavérunt. Allelúia.

✝ Sequéntia sanctĭ Evangélii secúndùm Matthæum. [Matth. 23.]

In illo témpore : Dicébat Jesus Scribis et Pharisæis : Ecce ego mitto ad vos Prophétas, et Sapiéntĕs, et Scribas : et ex illis occidétis, et crucifigétis ; et ex illis flagellábitis in synagógis vestris, et persequémini de civitáte in civitátem, ut véniat super vos omnis sanguis justus, qui effúsus est super terram à sánguine Abel justi usque ad sánguinem Zacharíæ, fílii Barachíæ quem occidístis intĕr tĕmplum et altáre.

Credo, *et dicitur per Octavam.*

Offertorium. Nunc ergo exáudi, Deus noster, oratiónem servi tui, et preces ejus ; et ostĕnde fáciem tuam super sanctuárium tuum. [Dan. 9.]

Secreta.

Deus, qui beáti Mártyris Stéphani relíquias ad utilitátem fidélium misericórditer revelásti : fámulos tuos memóriam mirabílium tuórum recoléntes, da huic mensæ plenos fide et Spíritu Sancto ministráre. Per Dóminum..... in unitáte ejúsdem.

Communio. Anima mea exultábit in Dómino, et delectábitur super salutári suo. Omniá ossa mea dicent : Dómine, quis símilis tibi. [Ps. 34.]

Postcommunio.

Deus, qui per beáti Stéphani reliquiárum Inventiónem, immortális vitæ spem in méntibus nostris excitásti : præsta, ut percépto immortalitátis alimento, ad ætérnam beatitúdinem pervenire mereámur. Per.

DIE XVI.

In festo sancti Rochi, Confessoris. Missa ad calcem Missalis Romani.

DIE XXI.

In festo S. Joannæ-Franciscæ Fremiot de Chantal, Viduæ. Missa ut in Missali Romano.

FESTA SEPTEMBRIS.

DIE IX.

IN FESTO S. OSMANÆ,

VIRGINIS.

Missa Dilexisti, *de Communi*, fol. 31*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Deus, qui habitáculum tuum in corde pudíco constituísti : concéde propítius ; ut, qui beátæ Osmánæ Vírginis tuæ puritátem húmili venerámur obséquio, piæ conversatiónis sequámur exémplo. Per Dóminum.

FESTA OCTOBRIS.

Dom. IV. In festo Patrocinii B. Mariæ V., ad calcem Missalis Romani, fol. 197*.

DIE X.

IN FESTO SANCTI CLARI,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Sacerdótes, *fol.* 19*, *præter sequent.*

Oratio.

Deus, qui per Apostólicos beáti Clari Confessóris tui atque Pontíficis labóres, pópulum tuum dono fídei ditáre dignátus es : concéde propítius ; ut, ipso intercedénte, qui Christiáni nominámur et sumus, promíssam hæreditátem móribus íntegris ássequi mereámur. Per.

Evangelium : Nemo lucérnam accéndit, *in festo S. Martini, xj Novembris.*

DIE XIII.

IN FESTO S. MAURITII,

ABBATIS.

Missa Os justi, *fol.* 26*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Quærentium te, Dómine, Salvátor et custos, qui beáto Maurítio renuntiáre sæculo, et sub alas tuas confúgere tribuísti : ejus nobis intercessióne concéde diabólica vitáre contágia, et te solum pura mente sectári. Per.

DIE XVIII.

IN FESTO TRANSLATIONIS SACRARUM RELIQUIARUM SANCTI BRIOCI,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Introitus. [Ps. 77.]

Elegit Dóminus servum suum, páscere hæreditátem suam ; et

pavit eos in innocéntia cordis sui. *Ps.* Atténdite, pópule meus, legem meam : inclináte aurem vestram in verba oris mei. ℣. Glória Patri.

Oratio.

Deus, qui nos beáti Brióci Confessóris tui atque Pontíficis dum instruis doctrínis, prótegis patrocínio : concéde propítius, ut et ad pietátem illam quam sacri cíneres in ejus translatióne Reliquiárum adhuc spirant, propénsius sectándam accendámur, atque eo intercedénte adversántia cuncta vincámus. Per.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli âd Hebræos. [Heb. 13.]

Fratres : Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sŭnt verbum Dei : quorum intuéntes éxitum conversatiónis, imitâmini fidem. Jesus Christus heri ĕt hódie : ipse êt in sæcula. Doctrínis váriis et peregrínis nolîte abdúci. Optimum est enim grátia stăbilíre cor ; non escis, quæ non profuérunt ambulântibus in eis. Habémus altáre, de quo édere non habent potestátem, qui Tabernáculo dêsérviunt. Quorum enim animálium infértur sanguis pro peccáto in Sancta per Pontíficem, horum córpora cremántur êxtra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificáret per suum sánguinem pópulum, extra pôrtam passus est. Exeámus ígitur ad eum extra castra, impropérium êjus portántes. Non enim habémus hic manéntĕm civitátem, sed futúram înquírimus. Per ipsum ergo offerámus hóstiam laudis semper Deo, id est, fructum labiórum confiténtium nômini ejus. Beneficéntiæ autem, et communiónis nolítĕ oblivísci : tálibus enim hóstiis promerêtur Deus. Obedíte præpósitis vestris, et subjacête eis. Ipsi enim pervígilant, quasi ratiónem pro animábŭs vĕstris redditúri.

Graduale. Státuit illum Dóminus príncipem sanctórum et gentis suæ. ℣. Símilem illum fecit in glória sanctórum, et in verbis suis monstra placávit. [Eccli. 45.]

Allelúia, allelúia. ℣. Hic est, qui multum orat pro pópulo, et civitáte ista. Allelúia.

✝ Sequéntia sanctĭ Evangélii secúndùm Matthæum. [Matth. 25.]

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis parábolam hănc : Homo péregrè proficíscens, vocávit servos suos, et trádidit illĭs bona sua : et uni quidem dedit quinque talénta, álii autem duo, álii vero unum, unicuíque secúndùm própriam virtútem, et profĕctus est stătim. Abiit autem qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quĭnque. Simíliter et qui

duo accéperat, lucrátus est ália dŭo. Qui autem unum accéperat, ábiens, fodit in terram, et abscóndit pecúniam dómini sŭi. Post multum vero témporis venit dóminus servórum illórum, et pósuit ratiónem cum ĕis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talĕnta, dicens : Dómine, quinque talénta tradidísti mihi : ecce ália quinque superlucrátus sŭm. Ait illi dŏminus ejus : Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam, intra in gáudium dómini tŭi. Accéssit autem et qui duo talénta accéperăt, et ait : Dómine, duo talénta tradidísti mihi : ecce ália duo lucrátus sŭm. Ait illi dŏminus ejus : Euge, serve bone et fidélis, intra ĭn gāudium dómini tui. Credo.

Offertorium. Consummatióne fungens in ara, effúdit in fundaménto altáris odórem divínum excélso príncipi. [Eccli. 50.]

Secreta.

Hostias pópuli tui, Dómine, propítius intuére ; ut quod nostra fidúcia non merétur, per eum quem nobis constituísti Præsulem, incessabíliter largiáris. Per Dóminum.

Communio. Deduxísti sicut oves pópulum tuum in manu ejus. [Ps. 76.]

Postcommunio.

Sanctifica nos, Dómine, quæsumus, salutári mystério, et pro nobis beáti Brióci Confessóris tui atque Pontíficis non desit orátio, cujus nos donásti patrocínio gubernári. Per.

FESTA NOVEMBRIS.

DIE VI.

IN FESTO S. MELANII,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Statuit, *fol.* 18*, *præter sequentia.*

Oratio.

Omnipotens sempitérne Deus, qui beátum Melánium Antístitem pópulo tuo præésse, et quibus præerat verbo et exémplo prodésse voluísti : eódem intercedénte, pastóres Ecclésiæ tuæ cum grégibus sibi commissis dírige in viam salútis ætérnæ. Per Dóminum.

Evangelium : Sint lumbi, *fol.* 24*.

DIE XV.

IN FESTO S. MACLOVII,

EPISCOPI ET CONFESSORIS.

Missa Státuit, *fol.* 18*, *præter Orationem sequentem.*

Oratio.

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus : ut qui beáti Maclóvii Confessóris tui atque Pontificis natalítia recólimus, et fídei muniámur auxílio, et charitátis proficiámus exémplo. Per.

OFFICIA PROPRIA SANCTORUM

CIVITATIS AC INTEGRÆ BRIOCENSIS DIOECESIS.

KALENDARIUM PERPETUUM.

JANUARIUS.

1 Circumcisio Domini, *Duplex 2 classis.*
2 Octava S. Stephani, Protom. *Dupl., com.* Oct.
3 Oct. S. Joannis, Ap. et Ev. *Dup. cum com.* Oct.
4 Octava SS. Innocentium. *Duplex.*
5 Vigilia Epiphaniæ. *Semidup. comm.* S. Telesphori, Papæ et Martyris.
6 EPIPHANIA DOMINI. *Dup.* 1 *clas. cum* Oct.
7 De infra Octavam. *Semidupl.*
8 *Id.* *id.*
9 *Id.* *id.*
10 *Id.* *id.*
11 *Id.* *id. com.* S. Hygini, P. M.
12 Dom. infrà Oct. vel quandò occurr. *Semid.*
13 Octava Epiphaniæ. *Duplex.*
14 S. Hilarii, Episc., Conf. et Doct. *Dupl. cum commem.* S. Felicis, Presbyteri et Mart..
15 S. Pauli 1 Eremitæ, *Dup. com.* S. Mauri, Ab.
16 S. Marcelli, Papæ et Martyris. *Semiduplex.*
17 S. Antonii, Abbatis. *Duplex.*
18 *Cathedra S. Petri Apost. Romæ.* Dupl. maj. *com.* S. Pauli, Ap. ac S. Priscæ, Virg. et M.
19 S. Canuti, Regis et Mart. *Semid. ad libit. com.* SS. Marii et Soc., Mart.
20 SS. Fabiani, Papæ et Sebastiani, Mart. *Dupl.*
21 S. Agnetis, Virginis et Martyris. *Duplex.*
22 SS. Vincentii et Anastasii, Martyrum. *Semid.*
23 *Desponsatio B. M. V.* Dupl. maj. *Com.* S. Joseph ejus Sponsi ac S. Emerentianæ, V. et M.
24 S. Timothei, Episcopi et Martyris. *duplex.*
25 *Conversio S. Pauli Apostoli.* Dupl. maj. *com.* S. Petri, Apostoli.
26 S. Polycarpi, Episcopi et Martyris *Semid.*
27 S. Joannis Chrysostomi, Ep., C. et Doct. *Dup.*
28 S. Agnetis, Virg. et Mart. *secundò. Simpl.*
29 S. Francisci Salesii, Episcopi et Confes. *Dupl.*
30 S. Martinæ, Virginis et Martyris. *Semid.*
31 S. Petri Nolasci, Confessoris. *Duplex.*

MOBILIA.

Dominica II *post Epiphan.* Festum SS. Nominis Jesu, *Dupl.* 2 *classis, cum com.* Dominicæ.
Feria III *post Dom. Septuagesim.* Orationis D. N. J. C. in monte Oliveti, *duplex majus.*
Feria III *post Dom. Sexages.* Festum Commemorationis Passionis D. N. J. C. *dupl. maj.*

FEBRUARIUS.

1 S. Ignatii, Episcopi et Martyris. *duplex.*
2 Purificatio B. Mariæ Virginis, *Dupl.* 2 *clas.*
3 S. Genovefæ, Virg., *dupl.* (*dies fixa e* 3 *Januarii.*) *Com.* S. Blasii, Episcopi et Mart.
4 S. Andreæ Corsini, Episcopi et Confes. *Dupl.*
5 S. Agathæ, Virginis et Martyris. *Duplex.*
6 B. Joannæ Valesiæ, Viduæ, *dupl. Com.* S. Dorotheæ, Virginis et Martyris.
7 S. Romualdi, Abbatis. *Duplex.*
8 S. Joannis de Matha, Confessoris. *Duplex.*
9 S. Titi, Ep. et Conf., *dupl.* (*dies fixa e* 4 *Januarii.*) *Com.* S. Apolloniæ, Virg. et Mart.
10 S. Scholasticæ, Virginis. *Duplex.*
11 S. Raimundi de Pennafort, Conf. *Semid.* (*dies fixa e* 23 *Januarii.*)
12
13
14 S. Valentini, Presbyteri et Martyris. *Simpl.*
15 SS. Faustini et Jovitæ, Martyrum. *Simpl.*
16
17
18 S. Simeonis, Episcopi et Martyris. *Simpl.*
19
20
21
22 *Cathedra S. Petri Antiochiæ. Dupl. majus. Com.* S. Pauli, Apostoli.
23 S. Petri Damiani, Episc., Confess. et Doct. *Dupl. cum commem.* Vigiliæ.

16
24 S. Matthiæ, Apostoli. *Dupl.* 2 *classis.*
25
26
27
28

— *Anno bissextili Febr. dies habet* 29 *et tunc Fest. S. Matthiæ Ap., celebratur die* 25 *Feb.*
Feria VI *post Cineres.* Festum S. Spineæ Coronæ D. N. J. C., *duplex majus.*
Feria VI *post Dom.* 1 *Quadrag.* Lanceæ et Clavorum D. N. J. C., *duplex majus.*
Feria VI *post Dominicam* II *Quadrag.* SS. Sindonis D. N. J. C., *duplex majus.*

MARTIUS.

1
2
3
4 S. Casimiri, Conf. *Semid. com.* S. Lucii, Pap. M.
5
6
7 S. Thomæ Aquinatis, Conf. et Eccl. Doct., *Duplex*, *com.* SS. Perpetuæ et Soc. Mart.
8 S. Joannis de Deo, Confessoris. *Duplex.*
9 S. Franciscæ, Romanæ, Viduæ. *Duplex.*
10 Quadraginta Martyrum. *Semiduplex.*
11
12 S. Gregorii I, Papæ, Conf. et Ec. Doct. *Dupl.*
13 S. Pauli Leon, Episcopi et Confes. *Semid.*
14
15
16
17 S. Patricii, Episcopi et Confessoris. *Semid.*
18 S. Gabrielis, Archangeli, *duplex majus.*
19 S. Joseph, Sponsi beatæ Mariæ Virginis, Confessoris, *Duplex* 2 *classis.*
20
21 S. Benedicti, Abbatis. *Duplex.*
22
23
24
25 Annuntiatio B. Mariæ Virg. *Dupl.* 2 *class.*
26
27
28
29
30
31

Feria VI *post Dom.* III *Quadrag.* Fest. Sacrorum quinque Vulnerum D. N. J. C. *dupl. maj.*
Feria VI *post Dom* IV *Quadrag.* Fest. Pretiosissimi Sanguinis D. N. J. C. *dupl. majus.*
Feria VI *post Domin. Passionis.* Fest. Septem Dolorum B. Mariæ Virginis, *dupl. maj.*

APRILIS.

1
2 S. Francisci de Paula, Confessoris. *Duplex.*
3
4 S. Isidori, Episcopi, Confess. et Doct. *Dupl.*
5 S. Vincentii Ferrerii, Confessoris. *Duplex.*
6
7
8
9
10
11 S. Leonis II, Papæ, Conf. et Doct. *Duplex.*
12
13 S. Hermenegildi, Regis et Martyris. *Semid.*
14 SS. Tiburtii et Soc., Martyrum. *Simpl.*
15 *Canonisatio S. Guilielmi Ep. Brioc., in Cathed. Brioc.* dupl. 2 *cl.*; *in Diœc.* dupl. maj.
16 *S. Paterni, Episc. et Conf.* Duplex maj.
17 S. Aniceti, Papæ et Martyris. *Simpl.*
18
19
20
21 S. Anselmi, Episcopi, Confes. et Doct. *Dupl.*
22 SS. Soteris et Caii, Pontificum et Mart. *Semid.*
23 S. Georgii, Martyris. *Semiduplex.*
24 S. Fidelis à Sigmaringa, Martyris. *dupl.*
25 S. Marci, Evangelistæ. *Dupl.* 2 *classis.*
26 SS. Cleti et Marcellini, Pontif. et Mart. *Semid.*
27
28 S. Vitalis, Martyris. *Simpl.*
29 S. Petri, Martyris. *dupl.*
30 S. Catharinæ Senensis, Virginis. *Duplex.*
Dom. II *post Pasc.*, S. BRIOCI I. EP. DIŒC. PATR. PRÆCIPUI, *dupl.* 1 *clas. cum Oct.*
Dom III *post Pasc.*, Octav. S. Brioci, Ep. *dupl.*
Dom. IV *post Pascha*, Patrocinii S. Joseph, Sponsi B. M. V., *dupl.* 2 *classis.*

MAIUS.

1 SS. Philippi et Jacobi, Apost. *Dup.* 2 *classis.*
2 S. Athanasii, Ep,, Conf. et Eccl. Doct. *Dupl.*
3 Inventio S. Crucis D. N. J. C. *Dup.* 2 *clas. et com.* SS. Alexandri, Papæ et Soc., Mart.
4 S. Monicæ, Viduæ, *Duplex.*
5 S. Pii Quinti, Papæ et Confessoris. *Duplex.*
6 *S. Joannis ante Portam Latinam. Dupl. maj.*
7 S. Stanislai, Episcopi et Martyris. *Duplex.*
8 *Apparitio S. Michaelis Archangeli. Dupl. maj.*
9 S. Gregorii Nazianz., Ep., Conf. et Doct. *Dup.*
10 S. Antonini, Episcopi et Confessoris. *Dupl. com.* SS. Gordiani et Soc., Martyrum.
11
12 SS. Nerei et Soc. Martyrum. *Semiduplex.*
13
14 S. Bonifacii, Martyris. *Simpl.*
15
16 S. Joannis Nepomuceni, Martyris, *duplex.*

17 S. Ubaldi, Ep. et Conf. *Semid.* (*dies fixa ex heri.*)
18 S. Venantii, Martyris. *Duplex.*
19 S. Yvonis, Presbyt., *dupl. comm.* S. Pudentianæ, Virginis. *Ibid.*
20 S. Bernardini, Senensis, Confessoris. *Semid.*
21 S. Petri Cœlestini, Papæ et Confes. *Dupl.* (*dies fixa e* 19 *hujus.*)
22 S. Paschalis Baylon, Confessoris. *Duplex.* (*dies fixa e* 17 *huj.*)
23
24 *B. M. V. titulo Auxil. Christianorum.* Dup. m.
25 S. Gregorii VII, Papæ et Confessoris. *Dupl. Com.* S. Urbani, Papæ et Martyris.
26 S. Philippi Nerii, Confessoris. *Dupl., com.* S. Eleutherii, Papæ et Martyris.
27 S. Mariæ Magdalenæ de Pazzis, Virg. *Semid.* (*dies fixa e* 25 *hujus.*) *Com.* S. Joannis I, Papæ et Martyris.
28
29
30 S. Felicis, Papæ et Martyris. *Simpl.*
31 S. Petronillæ, Virginis. *Ibid. Simpl.*

Feriâ V *post festum SS. Trinit.*, SOLEM. SS. CORPORIS CHRISTI, *dupl.* 1 *clas. cum* Oct. *adeò privileg. ut intra ipsam locum habeant tantùm officia* 1 *et* 2 *classis occurrentia non minus quàm translata.*
Feriâ VI *post Oct. SS. Corp. Christi.* FEST. SS. CORDIS JESU. *duplex* 2 *classis.*

JUNIUS.

1
2 SS. Marcellini, Petri atque Erasmi, M. *Simp.*
3
4 S. Francisci Caracciolo, Confessoris. *Duplex.*
5
6 S. Norberti, Episcopi et Confessoris. *Duplex.*
7
8
9 SS. Primi et Soc., Martyrum. *Simpl.*
10 S. Margaritæ, Reginæ Scotiæ, Viduæ. *Semid.*
11 *S. Barnabæ gentium Apostoli. Duplex maj.*
12 S. Joannis à S. Facundo, Confessoris. *Dupl. commem.* SS. Basilidis et Soc. Mart.
13 S. Antonii de Padua, Confes. *Duplex.*
14 S. Basilii Magni, Ep.., Confes. et Doct. *Dupl.*
15 SS. Viti, et Soc., , Mart. *Simplex.*
16 S. Joannis Francisci Regis, Conf., *duplex.*
17
18 SS. Marci et Soc., Martyrum. *Simpl.*
19 S. Julianæ de Falconeriis, Virginis. *Duplex. com.* SS. Gervasii et Protasii, Martyrum.
20 S. Silverii, Papæ et Martyris. *Simpl.*
21 S. Aloysii Gonzagæ, Confessoris, *duplex.*
22 S. Paulini, Episcopi et Confessoris. *Simpl.*
23 Vigilia.
24 NATIVITAS SANCTI JOANNIS BAPTISTÆ. *Duplex primæ classis. cum* Octav.
25 S. Gulielmi, Abbatis. *Duplex.*
26 SS. Joannis et Pauli, Martyrum. *Duplex.*
27
28 S. Leonis II, Papæ et Confessoris. *Semidupl. Com.* Oct. *et* Vigil.
29 SS. PETRI ET PAULI, APOST. *Dupl.* 1 *clas. Cum* Oct. *cum com. etiam omnium SS. Ap.*
30 Commemoratio S. Pauli, Apos. *Dupl. cum Com.* S. Petri et Oct. Nativ. S. Joannis.

JULIUS.

1 Octava S. Joannis Baptistæ. *Duplex, cum Com.* Octavæ SS. Apostolorum.
2 *Visitatio B. M. V. Dupl.* 2 *class. cum Com.* SS. Mart. Processi et Martiniani.
3
4
5
6 Octava SS. Apostolorum Petri et Pauli. *Dupl.*
7
8 S. Elisabeth, Reginæ Portugalliæ, Viduæ. *Sem.*
9 S. Veronicæ de Julianis, Virg., *duplex.*
10 Septem Fratrum et SS. Rufinæ ac Secundæ, Martyrum. *Semiduplex.*
11 S. Pii, Papæ et Martyris. *Simpl.*
12 S. Joannis Gualberti, Abbatis. *Duplex, cum commem.* SS. Naboris et Felicis, Mart.
13 S. Anacleti, Papæ et Martyris. *Semiduplex.*
14 S. Bonaventuræ, Epis., Conf. et Doct. *Dupl.*
15 S. Henrici, Imperatoris, Confessoris. *Semid.*
16 *Com. B. M. V. de Monte Carmelo. Dup. maj.*
17 S. Alexii, Confessoris. *Semiduplex.*
18 S. Camilli de Lellis, Confessoris. *Dupl., com.* S. Symphorosæ, cum septem filiis, Mart.
19 S. Vincentii à Paulo, Confessoris. *Duplex.*
20 S. Hieronymi Æmiliani, Confessoris. *Duplex, com.* S. Margaritæ, Virginis et Martyris.
21 S. Praxedis, Virginis. *Simpl.*
22 S. Mariæ Magdalenæ pœnitentis. *Duplex.*
23 S. Apollinaris, Episcopi et Martyris. *Duplex. Com.* S. Liborii, Episc. et Confes.
24 S. Maglorii, Ep. et Conf. *Dupl. com.* Vigiliæ et S. Christinæ, Virginis et Martyris.
25 S. JACOBI APOSTOLI. *Duplex secundæ classis, commemoratio* S. Christophori, Mart.
26 *S. Annæ, genitricis B. Mariæ V. Dupl. maj.*
27 S. Pantaleonis, Martyris. *Simpl.*
28 S. Samsonis Dolensis, Ep. et Conf. *dupl. maj.*
29 S. Marthæ, Virginis. *Duplex, com.* SS. Simplicii, et Soc., Mart.
30 SS. Nazarii et Soc., Mart. *Semid.* (*dies fixa e* 28 *hujus.*) *com.* SS. Abdon et Soc. Mart.
31 S. Ignatii de Loyola, Confessoris. *Duplex.*

Dom. proximiori diei xxix Julii S. GUILIELMI,

Ep. et Conf. 2 Diœc. Patr., *dupl.* 2 *clas.*, *cum* Octava.
Dominicâ insequenti, dies Octav. S. Guilielmi, Episc. et Confessoris, *duplex*.

AUGUSTUS.

1 *S. Petri Ap. ad vincula. Dup. maj. Com.* S. Pauli Ap. ac SS. 7 fratrum, Mart. cum Matre.
2 S. Alphonsi Mariæ de Ligorio, Ep. et Conf. *Dupl. Com.* S. Stephani I, Pap. et Mart.
3 Si sit Dom., secus Dom. immediate sequenti, INVENTIO CORPORIS S. STEPHANI, Protom., cath. Broc. Ec. Titularis. *Dupl.* 1 *clas.*, *cum* Oct. *in cathed. et succurs. ipsi adnexis*: per Diœc. verò *Dup.* 1 *clas. abs. Oc.*
4 S. Dominici, Confessoris. *Duplex.*
5 *Dedicatio Bas. S. Mariæ ad Nives. Dup. maj.*
6 *Transfiguratio D. N. J. C. Dupl. maj., Com.* SS. Xysti, et Soc., Mart.
7 S. Cajetani, Confessoris. *Duplex. Commem.* S. Donati, Episcopi et Martyris.
8 SS. Cyriaci et Soc., Mart. *Semid.*
9 Vigilia S. Romani, Mart. *Simp.*
10 S. Laurentii, Martyris. *Dupl.* 2 *cl. cum Oct.*
11 SS. Tiburtii et Susannæ, Mart. *Simpl.*
12 S. Claræ, Virginis. *Duplex.*
13 SS. Hippolyti et Soc., Mart. *Simp.*
14 Vigilia. S. Eusebii, Conf. *Simp.*
15 ASSUMPTIO B. M. V. *Dup.* 1 *clas. cum* Oct.
16 S. Rochi, Conf. *Dupl.*
17 Octava S. Laurentii, Mart. *Duplex.*
18 S. Hyacinthi, Confes. *Dupl.* (*dies fixa e* 16 *huj.*) *cum comm.* S. Agapiti, Mart.
19
20 S. Bernardi, Conf. et Doct. *Dupl.*
21 S. Joannæ Franciscæ de Chantal, Viduæ. *Dup.*
22 Octava Assumptionis B. M. V. *Dupl. commem.* SS. Timothei et Soc., Mart.
23 S. Philippi Benitii, Conf. *Dup. com. Vigiliæ.*
24 S. Bartholomæi, Apostoli. *Dupl.* 2 *class.*
25 S. Ludovici, Regis Franciæ, Confess., *dupl.*
26 S. Zephyrini, Papæ et Martyris. *Simplex.*
27 S. Josephi Calasanctii, Confessoris. *Duplex.*
28 S. Augustini, Episc., Confess. et Doctoris, *Duplex*, *commem.* S. Hermetis, Martyris.
29 *Decollatio S. Joannis Baptistæ. Duplex maj. commemoratio* S. Sabinæ, Martyris.
30 S. Rosæ Limanæ Virginis. *Dupl. Com.* SS. Felicis et sociorum, Martyrum.
31 S. Raymundi Nonnati, Confessoris. *Duplex.*

Dom. infra Oct. Assumpt. B. M. V. *S. Joachim, Patris ipsius Deiparæ, Dupl. maj.*
Dominicâ post Octav. Assumption. *Purissimi Cordis B. Mariæ V., duplex majus.*

SEPTEMBER.

1 S. Ægidii, Abbatis, *Dupl. Comm.* SS. duodecim Fratrum Martyrum.
2 S. Stephani, Regis Hungariæ, Confes. *Semid.*
3
4
5 S. Laurentii Justiniani, Episc. et Conf. *Semid.*
6
7
8 Nativitas beatæ mariæ Virginis. *Dupl.* 2 *cl. cum Oct. Comm.* S. Adriani, Mart.
9 S. Osmanæ, Virg. *Semid. Com.* S. Gorgonii, M.
10 S. Nicolai Tolentinatis, Confessoris. *Duplex.*
11 SS. Proti et Soc., Martyrum. *Simpl.*
12
13
14 *Exaltatio S. Crucis D. N. J. C. Duplex maj.*
15 Octava Nativitatis B. Mariæ Virginis. *Duplex. comm.* S. Nicomedis, Martyris.
16 SS. Cornelii, Papæ et Cypriani, Ep. et Mart. *Dupl. Com.* SS. Euphemiæ, et Soc. Mart.
17 Impressionis sacrorum Stigmatum in Corpore S. Francisci. *Duplex.*
18 S. Josephi à Cupertino, Confessoris. *Dupl.*
19 SS. Januarii, Episc. et Soc. Mart. *Duplex.*
20 SS. Eustachii, et Soc. Mart. *Dupl. com.* Vig.
21 S. Matthæi, Apostoli et Evang. *Dup.* 2 *cl.*
22 S. Thomæ de Villanova, Ep. et C. *Dupl.* (*dies fixa e* 18 *hujus.*) *Com.* SS. Mauritii et Soc. M.
23 S. Lini, Papæ et Mart. *Semid. Com.* S. Theclæ, Virginis et Mart.
24 *B. M. Virginis de Mercede. Dupl. maj.*
25
26 SS. Cypriani et Justinæ, Martyrum. *Simpl.*
27 SS. Cosmæ et Damiani, Martyrum. *Dupl.*
28 S. Wenceslai, Ducis et Martyris. *Semid.*
29 Dedicatio S. Michaelis, Arch. *Dupl.* 2 *clas.*
30 S. Hieronymi, Presb., Conf. et Doct. *Dupl.*

Dominica infrà Octav. Nativ. B. M. V. *Festum SS. Nominis ipsius Deiparæ.* Dupl. maj.
Dom. III Sept. *Festum Septem Dolorum B. Mariæ V.* Duplex majus.

OCTOBER.

1 S. Remigii, Episcopi et Confess. *Duplex.*
2 SS. Angelorum custodum. *Duplex maj.*
3
4 S. Francisci Assisien., Confessoris. *Dupl.*
5 SS. Placidi et Sociorum, Martyrum. *Simpl.*
6 S. Brunonis, Confessoris. *Duplex.*
7 S. Marci, Papæ et Confessoris. *Simpl. Comm.* SS. Sergii et Sociorum, Martyrum.
8 S. Birgittæ, Viduæ, *Duplex.*
9 SS. Dionysii et Sociorum, Martyrum. *Dupl.*

10 S. Clari, Episcopi et Confessoris. *Duplex.*
11 S. Francisci de Borgia, Confessoris. *Semid.* (*dies fixa ex heri.*)
12
13 S. Mauritii, Abbatis. *Duplex.*
14 S. Callisti, Papæ et Martyris. *Duplex.*
15 S. Theresiæ, Virginis. *Duplex.*
16 S. Eduardi, Reg., C. *Sem.* (*dies fixa e* 13 *huj.*)
17 S. Hedwigis, Viduæ. *Semiduplex.*
18 Transl. Reliq. S. Brioci, Ep. et Patr. *Dup. maj.*
19 S. Petri de Alcantara, Confessoris. *Duplex.*
20 S. Lucæ, Evangelistæ. *Duplex* 2. *classis.* (*dies fixa e* 18 *hujus.*)
21 S. Joannis Cantii, Conf. *Dupl. Com.* S. Hilarionis, Abb. *et* SS. Ursulæ et Soc., Mart.
22
23 *Sanctissimi Redemptoris Jesu.* Dupl. majus.
24 *S. Raphaelis, Archangeli.* Dupl. maj.
25 SS. Chrysanthi et Dariæ, Martyrum. *Simpl.*
26 S. Evaristi I, Papæ et Martyris. *Simpl.*
27 Vigilia.
28 SS. Simonis et Judæ, Apost. *Dupl.* 2 *classis.*
29
30
31 Vigilia.

Dominicâ 1 Octobris, festum *SS. Rosarii B. Mariæ Virg., Dupl. maj.*
Dominicâ 2 Oct., festum *Maternitatis B. Mariæ Virginis, Dupl. maj.*
Dom. 3 Oct. festum *Puritatis B. Mariæ Virginis. Dupl. maj.*
Dominicâ 4 Oct., festum *Patrocinii B. Mariæ Virginis. Dupl. maj.*

NOVEMBER.

1 SOLEMNITAS OMNIUM SANCTORUM. *Duplex primæ classis, cum* Octava.
2 De secunda die infra Oct. *Semid.* Com. omnium fidelium Defunctorum.
3 De tertia die infrà Octavam. *Semid.*
4 S. Caroli Borromæi, Ep. et Conf. *Dupl., com.* SS. Vitalis et Sociorum, Martyrum.
5 De quinta die infrà Octavam. *Semid.*
6 S. Melanii, Episc. et Conf. *Duplex.*
7 De septima die infrà Octavam. *Semid.*
8 Octava omnium Sanctorum. *Duplex, et com.* sanctorum Quatuor Coronatorum Martyr.
9 Dedicatio Basilicæ SS. Salvatoris. *Duplex, com.* S. Theodori, Martyris.
10 S. Andreæ Avellini, Confess. *Dupl., com.* SS. Triphonis et Soc. Mart.
11 S. Martini, Episcopi et Confess. *Dupl. maj. commemor.* S. Mennæ, Martyris.
12 S. Martini I, Papæ et Martyris. *Semiduplex.*
13 S. Stanislai Kostka, Conf. *Duplex.*
14 S. Didaci, Confes. *Semid.* (*dies fixa ex heri.*)
15 S. Maclovii, Episc. et Confes. *Dupl. maj.*
16 S. Gertrudis, Virg. *Dupl.* (*dies fixa ex heri.*)
17 S. Gregorii Thaumaturgi, Ep. et Conf. *Semid.*
18 Dedicatio Basilic. SS. Petri et Pauli, Ap. *Dupl.*
19 S. Elisabeth, Reginæ et Viduæ. *Dupl., com.* S. Pontiani, Papæ et Martyris
20 S. Felicis de Valois, Confessoris. *Duplex.*
21 *Præsentatio B. Mariæ Virg. Duplex maj.*
22 S. Cæciliæ, Virginis et Martyris. *Duplex.*
23 S. Clementis I, Papæ et Mart. *Dupl., commemoratio* S. Felicitatis, Martyris.
24 S. Joannis à Cruce, Confessoris. *Dupl., com.* S. Chrysogoni, Martyris.
25 S. Catharinæ, Virginis et Martyris. *Duplex.*
26 S. Petri Alexandrini, Episc. et Mart. *Simpl.*
27
28
29 Vigilia. *Com.* S. Saturnini, Mart.
30 S. Andreæ, Apostoli. *Dupl. secundæ classis.*

Dom. immed. post Oct. omnium Sanctorum, Anniversarium Dedic. Eccl. civitatis et Diœc. *Dupl.* 1 *clas. cum* Octava.
Dom. insequenti *dies Octav. Dedic.* Duplex.

DECEMBER.

1 S. Tugdualdi, Episc. et Conf. *Dupl. maj.*
2 S. Bibianæ, Virginis et Martyris. *Semidupl.*
3 S. Francisci Xaverii, Confessoris. *Duplex.*
4 S. Petri Chrysologi, Ep., Confess. et Doct. *Duplex, com.* S. Barbaræ, Virg. et Mart.
5 S. Sabbæ, Abbatis, *Simpl.*
6 S. Nicolai, Episcopi, Confessoris. *Duplex.*
7 S. Ambrosii, Episc., Conf. et Doct. *Duplex.*
8 Conceptio Im. B. Mariæ V. *Dup.* 2 *clas.* cum Oc.
9 De Octava, *Semid.*
10 *Transl. almæ Domus Lauretanæ B. M. V.* Dup. maj. *com.* S. Melchiadis, Papæ et Mart.
11 S. Damasi, Papæ et Confessoris. *Semid.*
12 *S. Corentini, Episc. et Conf.* Dupl. maj.
13 S. Luciæ, Virginis et Martyris. *Dupl.*
14 De Octava. *Semid.*
15 Octava Conceptionis B. M. V. *Duplex.*
16 S. Eusebii, Episc. et Mart. *Semid.*
17
18 *Expectatio partûs B. M. V.* Dupl. maj.
19
20 Vigilia *de qua nihil in officio.*
21 S. Thomæ, Apostoli. *Dupl. secundæ classis.*
22
23
24 Vigilia.
25 NATIVITAS D.N.J.C. *Dupl.* 1 *clas. Cum* Oct.
26 S. Stephani, Protomartyris. *Dupl.* 2 *classis.*

cum Oc. *Com.* omn. SS. Mart. et Oc. Nat. D.
27 S. Joannis, Apostoli et Evangelistæ. *Dupl.* 2 *classis*, *cum* Octava, *com.* Octavarum.
28 SS. Innocentium Martyrum. *Dup.* 2 *clas. cum* Octava, *comm.* Octavarum.
29 S. Thomæ Cantuariensis, Episcopi et Mart. *Semiduplex*, *cum commem.* Octavarum.
30 De Dom. infrà Octavam Nativitatis, *vel* de in frà Oct. *Semid.*, *cum com.* Octavarum.
31 S. Sylvestri, Pap. et Conf. *Dupl. com.* Octav.

BRIOCEN.

Dum Idibus Maii vertentis anni Sanctissimus Dominus noster Pius IX Pontifex Maximus indulsit ut à Clero civitatis ac integræ Diœcesis Briocen, in divinis persolvendis laudibus sequeretur Ritus Romanus, utque proinde ab omnibus Breviarium ac Missale Romanum assumeretur; annuit etiam ut salva tutaque servarentur Festa Diœcesana cum Officiis propriis ac Missis; si quidem solemne semper fuit fidelibus illis speciali cultu prosequi cœlestes illos, quorum memoria jure meritoque in benedictione permanet. Quæ quidem Officia cum Missis in superiori Kalendario perpetuo, ac Proprio Sanctorum descripta quum idem Sanctissimus Dominus noster Apostolica auctoritate sua probârit, referente me subscripto Sacrorum Rituum Congregationis Secretario, ad preces iteratas RR. illius Ecclesiæ Antistitis, Clero Briocensi Sæculari et Regulari Diœcesano Kalendario utenti persolvenda concessit; dummodo Rubricæ serventur. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 4 Septembris 1847.

Hic legitur: A Card. Lambruschini, *Ep. Port. S. R. C. Præf.*

Loco † Sigilli.

Infra legitur: J. G. Fatati, *S. R. C. Secret.*

Concordat cum originali

Brioci, duodecimâ Novembris 1852.

† J. Joan. Petrus, *Epis. Briov et Trec.*

DIE XIX MAII

IN FESTO

S. YVONIS, CONFESSORIS

Introitus. Ps. 91.

Justus ut palma florébit, sicut cedrus Líbani multiplicábitur: plantátus in domo Dómini, in átriis domus Dei nostri. T. P. Allelúia, Allelúia. — *Ps.* Bonum est confitéri Dómino, et psállere nómini tuo, Altíssime. Glória Patri. Justus

Oratio.

Deus qui ad animárum salútem et páuperum defensiónem beátum Yvónem confessórem tuum insignem minístrum elegísti: quæsumus; ut ejúsdem nos tríbuas et charitátem imitári et apud te patrocíniis communíri. Per Dóminum.

Lectio Libri Sapiéntiæ.

Eccli. 3 *et* 4.

Cor sápiens abstinébit se a peccátis, et in opéribus justítiæ succéssus habébit. Ignem ardéntem extínguit aqua, et eleemósyna resístit peccátis: et Deus protéctor est ejus qui reddit grátiam: méminit ejus in pósterum, et in témpore casus sui invéniet firmaméntum. Fili, eleemósynam páuperis ne defráudes, et óculos tuos ne transvértas a páupere. Animam esuriéntem ne despéxeris, et non exásperes páuperem in inópia sua. Cor ínopis ne afflíxeris, et non prótrahas datum angustiánti. Rogatiónem contribuláti ne abjícias: et non avértas fáciem tuam ab egéno. Ab ínope ne avértas óculos tuos propter iram: et non relínquas quæréntibus tibi retro maledícere; maledicéntis enim tibi in amaritúdine exaudi tur deprecátio illíus: exáudiet autem eum qui fecit illum. Congregatióni páuperum affábilem te fácito, et presbytero humília ánimam tuam, et magnáto humília caput tuum. Declína páuperi sine tristítia aurem tuam, et redde débitum tuum, et respónde illi pacífica in mansuetúdine. Líbera eum qui injúriam pátitur de manu superbi: et non ácide feras in ánima tua. In judicándo esto pupíllis misericors ut pater, et pro viro matri illórum: et eris tu velut

fílius Altíssimi obédiens, et miserébitur tui magis quam mater.

Graduale. Ps. 40. Beátus qui intélligit super egénum et páuperem: in die mala liberábit eum Dóminus. ℣. Tu autem, Dómine, miserére mei, et resúscita me, et retríbuam eis.

Allelúia, allelúia. ℣. Sancte Yvo, cujus præcónium tot et tantis claret miráculis, tuæ piæ precis præsídium tuis confer devótis fámulis. Allelúia.

Tempore Paschali.

Allelúia, allelúia. ℣. *Job.* 31. Ab infántia crevit mecum miserátio, et de útero matris meæ egréssa est mecum. Benedíctio peritúri super me veniébat, et cor víduæ consolátus sum.

Allelúia. ℣. Sancte Yvo, cujus præcónium tot et tantis claret miráculis, tuæ piæ precis præsídium tuis confer devótis fámulis. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. *Cap.* 12.

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Nolíte timére, pusíllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite quæ possidétis, et date eleemósynam. Fácite vobis sáculos qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in cœlis, quo fur non apprópiat, neque tínea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

Credo, *et per Octavam.*

Offertorium. Job. 29. Justítia indútus sum, et vestívi me sicut vestiménto et diadémate, judício meo. Oculus fui cæco, et pes claudo: pater eram páuperum. T. P. Allelúia.

Secreta.

Gloriosus Conféssor tuus, Dómine, Sanctus Yvo pro nobis majestátem tuam exóret, ut dimíssis peccátis quibus iram merémur, a cunctis malis et periculis liberémur. Per Dóminum.

Communio. Luc. 6. Date et dábitur vobis: mensúram bonam, et confértam, et coagitátam, et supereffluéntem dabunt in sinum vestrum. T. P. Allelúia.

Postcommunio.

Sumptis, Dómine, salútis nostræ subsídiis, præsta, ut beáti Yvónis confessóris tui, gloriósis méritis et précibus tua semper beneficia capiámus. Per Dóminum.

IN FESTO

TRANSLATIONIS RELIQUIARUM
S. YVONIS CONFES.

Introitus. Ps. 33.

Oculi Dómini super justos, et aures ejus in preces éorum: unde immittet Angelum suum in circúitu invocántium eum: et liberávit eos. *Ps.* Benedícam Dóminum in omni témpore: semper laus ejus in ore meo. Glória Patri. Oculi.

Oratio.

Deus, qui beátum Yvónem Confessórem tuum innúmeris decorásti miráculis: te súpplices deprecámur; ut qui hodiérna die ipsíus Translatiónem celebrámus, ejus méritis et précibus apud te patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Léctio Libri Sapiéntiæ.
Cap. 10.

Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei, et dedit illi sciéntiam Sanctórum: honestávit illum in labóribus, et complévit labóres illíus. In fraude circumveniéntium illum affuit illi: et honéstum fecit illum. Custodívit illum ab inimícis, et a seductóribus tutávit illum, et certámen forte dedit illi, ut vínceret, et sciret, quóniam ómnium poténtior est sapiéntia. Hæc véndítum justum non derelíquit, sed a peccatóribus liberávit eum: descénditque cum illo in fóveam, et in vínculis non derelíquit illum, donec afférret illi sceptrum regni, et poténtiam advérsus eos, qui eum deprimébant: et mendáces osténdit, qui maculavérunt illum; et dedit illi claritátem ætérnam Dóminus Deus noster.

Graduale. Ps. 33. Exquisívi Dominum et exaudívit me: et ex ómnibus tribulatiónibus meis liberávit me. ℣. Accédite ad eum, et illuminámini: et preces vestræ exaudiéntur.

Allelúia, allelúia. ℣. Sancte Yvo, cujus præcónium tot et tantis claret miráculis: tuæ piæ precis præsídium tuis præbe devótis fámulis. Allelúia.

† Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam. *Cap.* 12.

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis : Nolíte timére, pusíllus grex, quia complácuit Patri vestro dare vobis regnum. Véndite quæ possidétis, et date eleemósynam. Fácite vobis sacculos, qui non veteráscunt, thesáurum non deficiéntem in cœlis: quo fur non apprópiat, neque tínea corrúmpit. Ubi enim thesáurus vester est, ibi et cor vestrum erit.

Credo.

Offertorium. Ps. 20. In virtúte tua, Dómine, lætábitur justus, et super salutáre tuum exultabit vehementer : desidérium ánimæ ejus tribuísti ei.

Secreta.

Offérimus hoc sacrificium, Dómine, et deprecámur cleméntiam tuam : ut intervéntu beáti Yvónis Confessóris tui, cujus officium celebrámus, a cunctis liberémur angústiis. Per Dóminum.

Communio. Matth. 19. Amen dico vobis, quod vos, qui reliquístis ómnia, et secúti estis me, céntuplum accipiétis, et vitam ætérnam possidebitis.

Postcommunio.

Hæc sacraménta, quæ súmpsimus, Dómine, ad tui glóriam, et honórem beatíssimi Confessóris tui Yvónis, nos ádjuvent: ut a cunctis malis imminéntibus ejus intercessióne liberémur. Per Dóminum.

BRIOCEN.

Reverendissimus Dominus Augustinus David, Episcopus Briocen. satisfacturus votis Cleri et Populi sibi commissæ Diœceseos, qui privilegia olim in ea vigentia quoad Festa prædicti sancti Yvonis redintegrari optant, a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX, humiliter quæ sequuntur postulavit, nimirum

1° Ut amodo in integra Diœcesi die XIX Maii Festum prædicti Sancti recolatur sub ritu duplicis secundæ Classis et Octava ac cum Officio et Missa olim in usu.

2° Ut Dominica infra Octavam ad populi devotionem confovendam solemnitas prædicti Festi habeatur uti pro Patronis fieri assolet : iis vero annis, quibus in Dominica infra Octavam occurrit Festum Pentecostes, aut sanctissimæ Trinitatis, vel solemnis Sanctissimi Corporis Christi, præfata Sancti Yvonis solemnitas peragi valeat Dominica infra Octavam Ascensionis Domini Nostri Jesu Christi, servato Indulto cl: me: Eminentissimi Cardinalis Caprara Legati a Latere in Gallia quoad Translationem Solemnitatis Patronorum.

3° Ut die XXIX Octobris ritu Duplici majori in integra Diœcesi, in Cathedrali vero Trecoren. ubi Caput prædicti sancti Yvonis pio honore asservatur, et in Ecclesiis ipsi adnexis, sub ritu duplicis secundæ Classis, peragatur Festum Translationis Reliquiarum sancti Yvonis cum Officio et Missa a se exhibitis. Sanctitas porro sua, referente subscripto Sacrorum Rituum Congregationis secretario, de speciali gratia, precibus benigne annuere dignata est; attamen prævia Officiorum et Missarum revisione.

Hac autem revisione expleta per me subscriptum Cardinalem eidem Sacræ Congregationi Præfectum, una cum Promotore Sanctæ Fidei et Sacrorum Rituum Congregationis Assessore ac me infrascripto Secretario, Sanctitas sua benigne annuit, ut supradicta Officia et Missæ, ut supra, correcta et emendata adhiberi valeant in Festo et per Octavam Sancti Yvonis, itemque in Festo Translationis Reliquiarum ipsius : servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 3 Junii 1875.

L. † S.

C. Episcopus Ostien. et Velitern. Card. PATRIZI, S. R. C. Præf.

Placidus Ralli S. R. C. Secretarius.

Imprimatur prout concordat cum originali.

Brioci 19 Martii 1876.

AUGUSTINUS,

Episcopus Briocen. et Trecoren.